Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Maledictio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

niter ſunt excommunicati per conſtitutiones ſynodales: & hodie vbiuis gentium ſunt excommunicandi priùs legitimè moniti, & concubinæ ſunt in exilium mittendæ iuxta Trident. num. 23.

MALEDICTIO.

MALEDICENS ſeu imprecans mortem alicui & toti eius familiæ, duo tantùm peccata committit, non tot quot ſunt perſonæ familiæ. Idem de eo qui blaſphemando maledicit Petro, & Vndecim Apoſtolis. cap. 6. num. 18. in Nouo additum.

Qui deliberatè maledicit imprecando ſibi malum, cui non licet conſentire, vel proximo malum notabile ſub ratione mali, peccat m. Secùs ſi fiat indeliberatè, vel ore tantùm vt communiter fit. cap. 23. nu. 117. Imprecari autem ſibi damnum boni, quod poſſet prodigere, non eſt mortale. Ibidem.

Peccat mort. qui maledicit diabolo ratione ſuæ naturę: ſecus ratione culpæ. n. 117.

Qui creaturas rationales vel irrationales commendat, vel committit diabolo, quatenus ſunt creaturæ Dei, blaſphemat. Quod maledicat eis quatenus ſunt res proximi,

Kk idem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

idem eſt ac ſi proximum malediceret. Quòd ſi neutra harum rationum eſt, maledictio erit vana, & peccatum veniale. Ibidem.

Maleficivm, quoad coniugatos, vide Matrimonium X. §. VII.

Maleficivm, quoad maleficos & veneficos, vide tit. Superſtitio.

Manifestvm, vide Notorium.

MARITVS.

Qvid poſſit maritus circa votum Cõtinentiæ vxoris, aut de non petendo, & de aliis ſimilibus, vide Votum. IV.

Nihil poteſt vouere maritus circa debitũ coniugale in præiudicium vxoris. c. 12. n. 61.

Si vouit ſuccurrere terræ ſanctæ ex licentia vxoris, vel ſine illa, tenetur implere. num. 62. Si tamen ceſſaret neceſſitas ſuccurrendi, quia ceſſant bella, ceſſaret etiam facultas vouendi, & adimplendi. num. 87. lit. D. in Nou. num.

Non poteſt ſine licentia vxoris mutare habitum in habitum religioſorum tertij ordinis. num. 62.

Abſentia mariti ab vxore, iuſta de cauſa non eſt prohibita: maximè ſi occupatur